ligione qui licet sint pleni sapia
et perfecti decore. i. honeste cōū
facōis decēcia. in mūdi tamē ne
gocijs se imergūt et in rebus se
culaibz se delcānt. qz sepe fit q
interiora mētis sue iniquitate re
plet. **I**sti igit' sūt qui ī decore suo
.i. in gtijs sibi a deo collatis cor
suū eleuant et supbiūt. s. sic re
laxante domino manū suā scifi
cacōez grē sue vbiāqz discrecio
nē et sapiētā pdūt **T**ales igit'

de monte scō. i. de statu scitatis e
iñcuntur p diuersa peccā perdū
t' et igne diuersarum cupiarū
vrūt et finaliter nichil reputan
tur **P**salmista **A**d nichilū deue
niēt tāq' aq' decurrēs **Q**uod po
tissime de clericis mercatoribus
vsuarijs et simoniacis pōt dici
qui scz malis et inonestis con
tractibus et vsuarijs et simoni
acis pactōibz in religione et ec
clesia indecenter vtuntur nō ad
uertentes qz videntes et emen
tes dominus de templo eiecit.
Johannis vicefimo vbi dicit **Au**
ferte ista hinc ⁊ nolite facere do
mū patris mei domū negociati
onis. **V**tinam ergo tales negocia
tores de monte scō dei fuissent
eieci et a statu ecō destituti.

Liquitur dominus ppha
raoni regi egipti sub fi
gura vnius draconis in
fluminibus quiescentis dicit sic
Ecce ego ad te o pharao rex e
gipti draco magne qui cubas in
medio fluminorū et dicit **M**e
est fluius et ego feci memetip
sum et ponam frenum in maxil
lis tuis. adherere faciam pisces
fluiorum squamis tuis ⁊ extra
hā te de fluminibus tuis et proj
ciam te in desertum ⁊ omnes pi
sces fluminis tui super faciē ter
re cadent. bestijs terre ⁊ volatili
bus celi dedi te ad deuorandum.

Tales dracones vident' esse
multi eccāstici mali. vel mundi
diuites et auai vel mali pñapes.

et prelati qui dracones dicuntur
eo quod per auaritiam rapinam. vel
seuiciam inflammant. **Hij** sunt
igitur qui cubant in fluminibus
deliciarum. **Hij** sunt quibus adbe
rēt multi pisces id est multitudo
malarum familiarum. nepotuz
consanguineorum et cōpatriota
rū. **Hij** sūt qui bonum quod ha
bent nō attribuūt deo ymmo se
ipsum se fecisse et sua industria sta
tū suū acquisiuisse dicunt ad lau
dem virtutū p̄p̄riarū. quia p̄ cer
to tales solet dñs freno mortis ī
frenare et eos in desertum id est
in infernū proicere et pisces suos
sibi adherentes id est malā suā
sequelā et parentelā cum ipso p̄
dere et a statu prosperitatē eicere
et bestijs id est tyrannis qui bo
na ipsius mortui diripiunt et vo
lutilibus id est demonibus qui ani
mam rapiunt finaliter ipsos da
re. **Cōstat** enim quod tales malig
ni iusto dei iudicio de fluminibus
deliciarum et a statu prosperita
tis cadunt: pisces sibi adherētes
id est ipsorū consanguinei et fai
liares qui scilicet propter eos in
honore fuerant pariter corruūt
et pereunt. **Per** cussio enim pastore
disperguntur oues gregis **Za**
ch. xiiij. **Dracones** etiam id est fi
tibundi diuites postquā diu fuerūt
ī fluminibus deliciarū. iustum est quod
extrahantur ad desertum miseria
rū et maxime illi qui dicunt quod ip
si fecerunt semetipso id est illi qui
bona sua nō deo sed prope industri

e attribuūt. ipsū deū quod plurimū
offendūt. qua prope de flumini
bus deuocōis quantū ad animā
vel de fluminibus deliciarū quan
tū ad corpus merentur extrahi. et
in desertū peccati. vel miserie religa
ri. **Vere** enim illi qui bona spiritu
alia sibi attribuūt merito labi in
diuersa vicia permittunt. **Ulli** vero
qui bona sua temporalia ad dei ḡ
dium nō referūt: ad desertū pau
ptatis merito deuoluunt. **Vnde**
Greg. xxiij. moral. dicit. quod cōdi
toris dispensacōne agit quod de se
confidens anima temptacōis ia
culo feriat ut infirma quid sit
inueniatur et fastum supbie pre
termittat. **Hic** etiam fit men
do de baculo arūdineo egipti de
quo etiam habet iij. Reg. xvij.
et **Isaie xxx. et xxxvi.** **Egiptus**
enim baculo arundineo cōpatur quod
nullam soliditatem habent cum
se ei inmiti homo voluerit protinē
frāgitur et cassatur. **Apparet** enim
esse fortis et solidus. **Verūtamenē**
si desup inmixus fueris onus im
positum non sustinet cum sit itē
vacuus et inanis. **Tales** sunt fal
si amici qui exterius vidētur splē
didi et per promissam fidelitatē
solidi: quos tamen si quis p̄ba
uerit. vel in aliquo necessitatē ar
ticulo eis inmiti et in eis confidere
voluerit vel onus aliquis labo
ris sustinendi ipsis impo fuerit.
statim ipsum per impacienciam
et infidelitatem fractum videbit
Ita quod illud quod permittere videbat

sciz fidelitate non faciet nec tenebit. **S**oliditatem ei a stabilitate hz solūmō exteriū in apparetia vacius aut ē et insolidus intei us in scia. qz sciz iste fidelitate hz in ore nūq̄ i ope vel in corde. **I**sa. cccimo sexto. Ecce cōfidis sup baclū istū arūdineū cōn fractū egiptū: cui si innixus fuerit homo cōfringet et pforabit manum eius. Sic et pharao omnibus confidentibus in eum.

Vel dic qz iste baculus significat prosperitatem mundanam. mūdum corpus vel vitā tpalem vel dyabolum. **I**sta enim omnia licet videantur solida. sunt tamē fragilia atqz fluida. quia vbi q̄s diucius sperat viuere vel in prosperitate gaudere ibi baculus iste sibi per mortem vel infortūum cicius frāgit et eum magis percipit variari.

Asur regem superbissimum ezechiel comparat cædro dicens sic Ecce asur inquit quasi cædrus in libano pulcher ramis frōdibus nemorosus altitudine inter cō densas frōdes eleuatum est cacumē eius aque nutrierūt illū abissus exaltat illū. flumina eius manabāt in circuitu radicū eius riuos suos emisit ad vniuersa ligna nemoris ppterea eleuata est altitudo ei? multiplicata super arbusta eius et eleuati sunt rami eius in aquis multis. **I**n ramis fecerūt nidus volatilia celi sub frō

dibus eius habitabant omnes bestie saltuum et sub vmbra habitabant cætus gētium pluriāz cædri nō fuerunt altiores illo in paradiso dei: abiete nō fuerunt equate frōdibus eius. **O**mne lignum paradisi non erat assimilatum ei et pulchritudini eius. q̄ propter emulata sūt eum omnia ligna voluptatis que sūt in paradiso. Sed quid? **P**ro certo dominus dicit p̄ eo qz eleuātū ē cor eius in altitudine sua traditus ē in manibus fortissimi gentiū et succidēt eū crudelissimi nationū. **C**onfringent arbusta eius et fugiēt de sub vmbra eius populi terre. **E**t sic dicit qz deductus est cū lignis voluptatis ad terrā vltimā cū descendētibus ad infernū et ad infectos gladio. et cōsolata sunt super eum omnia ligna. **P**er talem cædrum intelligo mundi diuites et superbos in dignitatibus et officijs cōsuetos. vt sūt ad litteram aliqui mali seculares vel clerici in p̄latorū vel p̄ncipū officijs eleuati. **P**salmista Vidi impium supereleuatum sicut cædros libani. et cætera. **Q**uia isti hodie in libano huius mundi per prosperitatem sunt pulchri frondibus idest diuersis possessionibus sunt neotosi: dignitatibus et officijs sūt eleuati et ex celsi: et edam inter frondes et inter altos et magnates et diuites pre alijs sunt exaltati. ita qz in paradiso et in

ecclesia vel patria pauca sunt lig-
na q̄ ei in gloria assumunt ita
q̄ ipsi abietes et platani idē ipsi
diuites antiqui nobiles excelsi mi-
lites principes vel prelati ip̄oz
mundane prosperitati et glorie nil
latenus adequantur sicut ad hanc
videmus de multis aduocatis et
officialibus regis et similibus qui
in mundana gloria magnos no-
biles antecedunt quia hodie qua-
si totus honor et prosperitas seculi
ad istos est deuoluta. **Ps̄a. xx.**
ry Gloria libani ad te veniet de
cor carmeli et saron. et breuiter
altitudo sui status sup̄ alios ele-
uatur. arbusta enim eoz id est fa-
miliares et patriote p̄pter eos ad
officia vel beneficia eleuantur volu-
cres celi id est nobiles nō dedig-
nantur midificare id est morā cō-
trahere apud ip̄os. **Dani. iij.** Er-
rant subtus eam habitantes bes-
tie terre et in ramis eius cōmorā-
tes aues celi. **Racō** aut̄ istoz est
quia aque diuiciarū nutrierūt is-
tos et abyssus id est dyabolus ex-
altauit eos et flumina diuersa-
rum p̄sonū et lucro et irrigaue-
runt istos quapropter nō mirū
si contingit ip̄os esse magnifica-
tos et excelsos. **Sz** quia isti de tā-
ta sua altitudine et sublimitate se-
erigunt in sup̄biam et cor eorū
p̄ manem gloriā exaltat. ideo
finaliter in manus crudeliū id est
demonū tradunt. ita q̄ quicq̄ fit
q̄ t̄p̄aliter p̄ infortunia succidū-
tur ita q̄ arbusta eoz id est ip̄oz

bi familiares et filij qui p̄ eos ex-
altati et p̄moti fuerant t̄p̄aliter
cōfringunt et bestie id est simpli-
ces subditi de vmbra sui dominij
liberant ip̄isq̄ obedire ampli-
non dignant. **Iti** etiā ad locum
inferni vel terrā infimā paup̄ta-
tis deducunt. ita q̄ ligna terre i-
fima id est paupes quos de p̄sse-
rant de casu ip̄oz non modicum
cōsolant. dñtes illud **ysai. xliij.**
Quomodo cecidisti qui maē corie
baris. corruisti in terrā q̄ vulne-
rabas gentes et tu vulnerat⁹ es
sicut et nos nostri filis fact⁹ es

Vel dic q̄ ista arbor est eccle-
sia que propter flumina donoz
sp̄s sancti que eā vegetauerūt
et p̄pter abyssum eterne ordina-
cōnis et aquas diuine grē et de-
uocōnis que eam nutrierūt. ita
est hodie exaltata diuicijs et po-
tencijs dilatata q̄ ceteri abietes
et platani id est mundi alti prin-
ces diuites et dñi sibi nullaten⁹
adequāt. alia etiā ligna paradisi
id est alie secte que fuerūt sc̄z lex
nature et secta etiā legis scripte
sibi nullatenus cōpant vñ iam
factum ē q̄ in ramis suoz officō-
rum. volucres celi id est mūdi no-
biles gaudēt midificare bestie ve-
ro et populi. i. inferiores simpli-
ces subditi sub vmbra fidi sue le-
tantur habitare quia ista arbor
de tanta sui sublimitate et p̄spei-
tate est i sup̄biā erecta et cor ei⁹
q̄ plurimū eleuatū iam paulati-
ue in manus crudelissimoz id est

principum et tyrannorum tradit
arbusa eius. i. persone ecclesiæ
frangunt et supeditant. aues. i.
nobiles subeunt ecclesie maxime in tem-
poralibus dedignant. Non de sub ip-
sis. i. de iurisdictione eius effugere
possunt populi ecclesie. i. fideles ad
alienas sectas cotidie fugiunt. et
per scismata umbra ecclesie delinunt
ita quod iam gladius. i. tribulationibus
tyrannorum taliter est truncata
quod iam ad terram ultimam. i. ad
misericordiam est deducta. **T**reno. primo
facta est quasi vidua domina gentium
principes provinciarum facta est sub tibus
to. **V**el dic quod talis cedrus est
vir contemplatiuus et altus qui a
quod de uocationis nutritur fluminibus
spiritus sancti rigatur et sic ad perfectionis
altitudinem exaltatur ita quod abietum et
platanorum. i. mundanorum sa-
pientium nulla sibi sublimitas ad-
fertur. ligna ecclesie paradisi. i. alij fide-
les sibi nullatenus operantur. **I**n ra-
mis eius suauitatis affectionum indifera-
nter aues. i. angeli per delectationem sub um-
bra suorum exemplorum habitant
bestie et populi. i. homines simpli-
ces et ignari per imitationem. **V**erum-
tamen quando ex tali scientia cor
eorum per presumptionem et inanem glo-
riam eleuatur sepe fit quod relaxante
domino manum suam in manibus
crudelium id est demonum
per peccata cadere permittuntur
et finaliter ad infernum et ad ter-
ram ultimam deducuntur. **P**sa-
lmius. **D**etracta est usque ad inferos
supbia tua. Bene igitur consuli

tur prima ad corinthios. deci-
mo capi. **Q**ui stat videat ne ca-
dat. **P**retermitto figuram de
morte et destructione illarum na-
tionum que ponuntur ezechie. xxxij. ubi
dicitur. **I**bi mofoch ibi tubal ibi e-
la. et sic de alijs. quod ipse alibi re-
colo me fecisse. **D**e uero dicitur etiam
boni pastoris et mali pastoris.
que ponuntur b. xxxij. nichil hic po-
no quod omnia ista non uidentur posita
narratione sed potius litteraliter et
ordinatiue.

Adit ezechiel unum caput
plenum ossibus que erant
multa valde super faciem
campi sicca uolenter. **A**ccidit
ex uoluntate dei quod ezechiele pro-
phetante facta est motio et ac-
cesserunt ossa ad ossa unumquodque
ad iuncturam suam. et ecce super
eos nerui et carnes. et extensa
est super eos cutis. et spiritum
non habebant. et prophetauit
ad spiritum dicens de quatuor uentis
Demus spiritus et suffla super in-
terfectos istos et reuiuifcant. **E**t
ingressus est in ea spiritus et ui-
xerunt et steterunt supra pedes su-
os exercitus grandis valde mi-
mis. **I**sta ossa possunt signi-
ficare congeriem seu congregati-
onem omnium peccatorum. que
sunt in campo huius mundi uel
in campo ecclesie militantis qui
sunt nudi id est sine conuersatione
sine decore. et siccus id est sine com-
passionis humore. ab iniuicem
distincti. i. sine dilectionis amore.

spiritu carentes id est sine gratia
a et deuotionis vigore: sine ner-
uis. i. sine concordie ligamento vel
fortitudinis fulcramento et sine car-
nibus. i. sine pietatis mollicie vel
lenimento **U**n ibidem **Eze. xxxvii.**
dicitur in persona peccatorum **Arue**
ossa nostra: abscessi sum? **Sed** p
pbeta prophetante id est predica-
tore predicante vel prelato redar-
guente in istis ossibus fit quando
quod comotio contritionis et accedunt
ossa ad ossa per affectum spiritualis de-
uotionis et applicatur unumquod
quod ad iuncturam suam per ligamen-
tum concordie unionis: et per eo-
eciam quod quilibet efficitur contentus
proprie gradus et promotionis.
In istis igitur statim crescere inci-
piunt nerui id est fortitudo: car-
nes id est pietatis fluida plenu-
do: autis id est honestatis exterior
gratitudo et a quatuor ventis id est
a quatuor bonis affectibus venit in
eis spiritus id est diuine gratie sanc-
titudo **U**nde dominus dicit talibus
penitentibus illud quod ibidem
dicitur **Dabo** super vos neruos et
super crescere faciam in vobis car-
nes et super extendam in vobis au-
tem et dabo vobis spiritum et vi-
uetis. **Sic** igitur fit quod insufflate
spiritu sancto super ossa aida id
est super ideuotos peccatores et eos
subintrante statim incipiunt per
gratiam viuere: a terra id est ab effatu
terrenorum surgere et ea contem-
nere et erecti per spem et contem-
plationem et rectitudinem mentis

stare **S**upra ij. ca. **I**ngressus est
in me spiritus et statuit me super pe-
des meos. **U**el dic quod quatuor ven-
tes a quibus venit spiritus in mente
aridam et indeuotam sunt quatu-
or considerationes quibus penitentibus debet
viti scilicet natiuitatis vilitas: mor-
tis necessitas: inferni asperitas et
padyfi felicitas: quia peccator qui
ad istas partes bene considerat et
attendit spiritum sanctum in se fa-
ciliter rapit et sic fiat supra. **U**el
dic quod talia ossa arida sunt pro-
prie qui quod quis habeant neruos con-
federatiue collisionis. carne non
ficta passionis. autem honeste comota
comis: spiritum tamen ut dicitur non habent in quibus
tamen carent spiritu gratie et deuotio-
nis **S**apie primo **S**piritus disciplie
effugiet fictum. et. **Ca. xxxviii.**

Matur dominus auidaz
principi futuro qui dicitur
gog. qui cum magis
exercitibus ascensus est: et in
nouissimo annorum ad terram
israhel ad spolia populi dei detra-
henda et dicit sic **I**n igne zeli mei
locutus sum dicit dominus. quia in
die illa erit magna comotio super
terram et commouebuntur a facie
mea pisces maris. volucres ce-
li. bestie terre et omne reptile quod
mouetur super humum. cunctique
homines qui sunt super faciem
terre. et subuertentur montes et
cadent sepes. et onimis murus cor-
ruet in terram et gladius vni cuius quod ad
proximum suum ignem et sulphur plu-
am super eum et super exercitum eius.

Illud potest exponi contra dyabolū qui cum exercitiis suis .i. cum congerie malorum non cessat contra populū dñi .i. contra bonos cotidie militare et eos bonis suis spiritalibus spoliare. quia pro certo in nouissimo annoꝝ scilicet in die iudicii iste cum toto exercitu reproborum peribit. Tūc enim fiet commotio et mirabilis eorum mutatio quia scilicet in igne furoris .i. iusticie et rigoris ipsius dei commouebuntur a statu sue mundane prosperitatis pisces maris .i. voluptuosi. volucres celi .i. superbi et ambiciosi qui non querunt nisi alta. bestie terre .i. avari atque diuites. Reptilia .i. infirmi mali pauperes homines. qui sunt super faciem terre scilicet ecclesie. hoc est dñi mali clerici et seculares. Tales igitur sunt de exercitu istius regni gog .i. diaboli et ideo dominus finaliter ignem et sulphur .i. ardorem et fetorem eterne dampnationis super eos pluet et gladium sue dure sententie in eos mittet montes .i. ipsorum altos status destruet. sepes et muros eorum idem ipsorum malos fautores et peccatores subuertet et eos omnes ad infernum dampnabit. interficiet et occidet. quia pro certo gog cum suis exercitiis .i. diabolus cum suis peruersis hominibus in iudicio destruet et malorum status et prosperitas subuertetur. **P**̄ ignis sulphur et spiritus procellarum:

pars calicis eorum.

Emplū quod vidit eze-

chiel cum sua mirabili dispositione et fabrica non faciliter exponitur sed qui figtionem suam desiderat videat gregem in omelia super ezechiel. Non enim est meum tam difficultate exponere qui non quero nisi aliquid de segete scripturarum expere. ut post meliores possim aliquem manipulum colligere. Dicit igitur quod ezechiel in descriptione templi vidit quandam picturam in pariete. quam cherubin nominabat. Erat enim pictura animalis quod duas facies habebat scilicet ab una parte faciem hominis et ab alia parte faciem leonis et iuxta quolibet faciem palme species pingebatur ad quam ipsa facies cherubin vtebatur. **I**sta pictura potest figurare viros ecclesie et maxime platonos qui in templo ecclesie sunt locati quia pro certo isti debent dici cherub qui interpretatur plenitudo scientie quia isti debent esse viri scientifici et discreti. s. xx. viij. **Q**ui cherub extensus et protegens. plenus sapientia et perfectus decore. Debent etiam habere duas facies in quantum in facie apparente exterioris conversationis et amoris ipsi esse dñi diuissimo duplicati quia secundum diuersitatem locorum temporum et personarum ipsi dñi esse in conditionibus variati quia in ipsis debent esse facies hominis et facies leonis in quantum debent esse aliquociens humani et benigni. quandoque vero seueri et leonini ut sint sicut homines quantum ad misericordiam et benignitatem: leones vero quantum ad iusticiam et seueritatem.

vt sic facies buāna respiciat bo:
nos ad pmouendū: leomina ve
ro respiciat malos ad pumiendū
Eet primo. **F**acies hominis: et
facies leonis. Verumtamen que
libet facies debet palmam respi
cere: qz misericordia et iusticia
se debent ad palmaz eterne glo
rie et ad vicioz victoriam ordi
nare: siue sit homo misericors si
ue iust? semper debet intencioēz
rectam habere et ad hoc qz pal
mam glorie postmodum capiāt
anbelare. dicens illud canticoz
vij Ascendam in palmam et ap
prehendam fructū eius. **H**ic
fit mentio qz sacerdos quādo mi
nistabat in tēplo induebat ves
timenta sua sancta quādo vō re
dibat ad populū vestimenta su
a exuebat et sua communia idu
ebat. **S**ic vero quilibet sacer
dos idest q̄libz sacer ac scūs dux
idest quilibet iustus quando in
sanctuario paradisi vel in tēplo
ecclesie per seruij diuini execu
tionē ministrat. vestimenta sanc
ta idest sanctam et fidelem conū
sacionem debet induere et conti
nentia morum spiritualiū se or
nare. **Leuitica. xix. Sancti esto**
te qz ego sanctus sum. **Verūtū**
quando redit ad populū id ē
quando ad vitam actiuaz reuer
titur et ad mundi negocia conū
sacionēqz seculariū applicat. tūc
debet illas sanctas vestes exuere
vestesqz cōmunes induere. i. cō
uersacionem magis affabilez ac

cipere et communem. vt sic illis
cum quib? habitat se studeat si
ne peccato tamen pro virib? cō
formare. **Leuit. vi. Vestietur ves**
timētis alijs ac. **Vel** dic qz h̄m
loam et personas. gradum sta
tum et officium qd habemus ne
cesse est assumere sanctas vestes
moresqz iduere magis graues.
Quando tamen predicta cessāt
tunc homo propas debet vestes
resumere et sicut ante consueue
rat se habere. **Prima ad cor ix.**
Omnibus omnia factus sum
Vel dic qz loca quāqz noēt seu p
ficiunt ad virtutes qz scilicet si i
sancto loco māseris vestem sanc
te conuersationis habebis: si ve
ro ad populū vel ad seculaia ne
godia exieris mores seculares et
laycos reportabis. **Vnde sen. e.**
pistola nona. Nichil tam dāp
nosū bonis moribus q̄ in specta
culo residere.

Adit eze. portam i sanc
tuario et eāt clausa et dic
tur est sibi qz porta hec
clausa erit et vir non transibit p
eā. quoniā dominus d̄s israhel
ingressus ē per illā eritqz clausa
principi. **Princeps iste** sedebit i
ea. **Dic** qz ista porta est beata
virgo q̄ in sanctuario castitatis
et sanctitatis posita: semper per
v̄ginitatis sigillum mente et cor
poze fuit clausa. **Vir** enim per is
tam portam nō transibit inq̄m
ipsam homo per copulā carnis
nō cognouit. **ysa. liij. Nō** t̄nsibit

p te indrañsus et immūduſ .
Dñs ei ſolus ingreſſus ē p eam
per carnis aſſumpcionem . **N**ā
ipſi principi xp̄o fuit clauſa per
v̄ḡitatis dedicationē . et ipſe ſol⁹
in ea ſedit per corporalē bitatio
nē p̄ ſ . **H**ec porta dñi : iuſtuſ in
trabit p eā . **U**nde canticorū quar
to capitulo d̄ **O**rtus concluduſ
ſoroꝝ mea : ortus concluduſ ſōſ
ſignatuſ . **I**bidem ordinat do
minus . q̄ leuite que reſceſſerant
ab eo et errauerunt in idolis ſu
is q̄ non debebāt ad eū accēdē
nec ſanctuarium intrare nec i ſa
cerdōcio miniſtrare . **S**oli eī filij
ſadoch qui cuſtodieꝛt cērimoni
as ſanctuarij mei . cum pecca
rent filij iſrahel ipſi ſtabūt i cō
ſp̄ci meo vt offerant michi adi
pē et ſanguinē ipſi ingredieꝛt ad
ſanctuarium et accēdent ad mē
ſam meā vt miniſtrēt michi . **A**d
uerte tamen q̄ iſti ſacerdoteſ de
beant indui veſtib⁹ lineis . nec
debebat ſup ipſoſ accēdere q̄cūq̄
laneū . vitte linee erant in capiti
buſ eorū feminalia linea i lū
biſ eorū et non accingentur . **I**n
ſudore caput ſuum nō radent co
mam ſuam nō nutriēt . ſ̄ capita
ſua tondent vinum cum ingreſ
ſuri ſunt atrium non bibent . **V**i
duā aut repudiatā non accipi
ent ad mortuum generaliter nō
intrabūt : populū quid ſit inter
ſanctum et pollutū docebūt . le
gē teneri et iuſta iudicia iudica
būt . **S**ic vero km̄i illi ſacerdo

tes et leuite . i . eccl̄i . q̄ a domino
p vicia reſceſſeꝛt et idolis ſuis . i .
diuicijs p auariciam : malis mu
lierib⁹ per luxuriam . vel malis
ſuperiorib⁹ p ſimomiam ſerue
rēt non ſunt digni domino mini
ſtrare nec ad ſanctuarium ſacri
ficij altariſ accēdē nec ſacerdo
cio gaudere . **S**oli eī filij ſadoch
qui interpretatur iuſtuſ . ſcili
cēt ſoli filij iuſticie qui legis diui
ne cērimonias cuſtodire conſue
uerūt digni ſunt ad menſamq̄
altariſ accēdūt et q̄ ſacerdōcio
fūgāt et q̄ adipē . i . xp̄i carnē et
ſanguinē offerāt et miſtrēt . **L**e
xxij . **V**iſ alienigena nō accēdat
Ite oīa veſtimēta . i . oēs moēs et
condōes iſtoꝝū linea et pura et
ſancta debent eſſe et nihil laneū
i . nichil carnale vel indecēſ d̄
in eo apparē . **V**inū eī qd̄ ē candi
dū puritatē ſiḡt . lana vero q̄ de
carne naſcit⁹ carnis voluptatē de
ſiḡt et iō in capite cordis et mē
tis d̄ eē vitta linea . i . puritas
inocētie interioris . et in lūbiſ de
bēt carnis ſeialia linea reſtrigi
i . continētia caſtitiſ exterioris
tēti . **L**eu . xxij . **D**uica linea veſti
et⁹ et ſeialib⁹ lineis vreaūda ce
labit . **I**ſti igit⁹ qñz ſudāt in con
feſſioē vicia emittēdo . nullomō
dñt accēgē ſeipſoſ p vicia reſtri
gēdo ſ̄ potius laxare oīa itēgre
cōſitēdo . **I**lli etiā qui in tēplo ec
cleſie miniſtrant non debent vi
nū ſuple in q̄ eſt luxuria bibere
voluptati ſuperflue intendendo

Ad eph. v. Nolite inebriari vi
no: in quo est luxuria Isti etiam
non debent comam idest diuicia
rum supfluitatem nutrire et ta
men ex toto ipsi non debent ca
put mentis a capillis diuiciarū
radere vel nudare: tondere debz
istos capillos. ipsos paupibus
erogando et plus debito cresce
re non sinendo: supfluitatem oī
modam tonsura temperantie tse
cando Rasura enim omnimodā
abdicationem diuiciarum designt
Tonsio vero que partez aufert
et partem dimittit tempatam re
secationem insinuat ad denotād
q ecclesiasticus debet superflua
expendere et retinere necessaria
vnde vivat Proū. xxx. Diuicias
nec paupertates dederis michi
domine sed tribue tantum victui
meo necessaria Item isti non de
bent viduam aut repudiatā id
est retroactam malam vitam
ab eis dimissam per recidiuum
assumere: quia sicut dicitur Luce
ix. Nemo mittens manum suā
ad aratrum etc. Ad mortuos eti
am idest ad infames et malas p
sonas nō debent accedere nec so
cietatem cum ipsis contrahere s
populum ad literam debent do
cere et ad discernendū inter san
ctum et pollutum. bonum et ma
lum debent instruere et inter vi
rum et proximum suum iuste iu
dicare. ps Juste iudicate filij ho
minum. Dicit ibidem dominus
q illi qui derelinquunt eū et ydola

adorauerāt. iamitores i domo do
mini futuri erāt. Sicut vero hodie
sunt illi i domo ecclesie iamitores
.i. prelati et introductores q do
minū et deum derelinquūt et ydo
la idest mundi bona diligunt at
q colūt. bona enim mundi ydo
la sunt quia similitudinem nō ve
ritatem pretendunt vel edā ydo
la sunt maiores et superiores. qā
qui istos adulacionibz coluerit
atqz muneribus iamitor i ecclesi
a idest officialis p̄lat? vel intro
ductor facilliter erit.

In vestibulo domus do
mi quā vidit Eze. erant
due porte scilicet aquilo
naris et meridionalis per quas
popul? intrabat in vestibulum.
Verumtamen sic fiebat q ille q
illud intrabat nūq̄ p eandē por
tā redibat. ymmo semp p portā
oppositā exibat: et econtra excep
to principe qui eadē porta qua i
trabat egredi poterat si volebat.

Pars aq̄lonis sterilis et frigi
da in scriptura significat in mūdo
statū aduersitatis et paupertatis
Pars vero meridionalis lūinosa
et calida designat statū prosperi
tatis: vestibulū designat statum
h? vite v? cui? aūqz mūdane v?
ecclesiastice dignitatis. Istud igit
ē vey m oralit loquēdo q null? ē
qui eadē porta egrediat p quaz
itrat qui ymmo vt cōit p cōtrariā
portā. i. p cōtrariū statū et motuz
de mūdo l eccia egrediat. Illi ei
q itrat p viā aq̄lonarē. i. p mūdi

tribulacōez et paup̄tatem solēt
p̄ viam oppositam sc̄z per viam
meridionalē. i. p̄ statū p̄sperita
tis exire. **C**ontra vero q̄ p̄ meri
dionalē intrauerit p̄ aquilona
rē aduersitatis exibit. qz reuera
illi q̄ in isto mūdo sūt in aduer
sitate erūt cū exiuerint in celi p̄
speritate. **C**ontra vero illi qui h̄ i
trāt p̄ seculi cōsolacōes finaliter
exibūt p̄ iferri tribulacōes. **N**ō
ē ei decēs ymmo vt cōiter et im
possibile q̄ de aquilone ad aqu
lonē. i. de paupertate ad paup̄
tatem venias. **N**ec q̄ de meridie
ad meridiē. i. de mūdi gloria ad
celi glām p̄ accēdas. q̄nimo vt
cōiter de aquilonari ad meridiē
et cōuerso gradit̄ et de mūdi t̄
bulacōibz ad p̄spera. nec non de
mūdi prosperis ad aduersa per
uenit̄. **N**ō tamen potest falli i
p̄ncipe. i. in aliquibz viris p̄nci
pibus et sp̄ualibus qui a deo p̄
uilegiati p̄ portā quā intrāt exe
ūt qz de prosperitate mūdi ad
celi prosperitatem transeūt. et e
contra quandoqz de tribulacōe
mundi ad inferri desolacōez trā
scurrūt. **U**nde secūdo reḡ xij. di
cīt̄. **N**ō reuerteris p̄ viā q̄ v̄isti
Dicit̄ ezech̄. q̄ ipse vidit
aqs̄ redūdātes a latere
dextro templi. et ec̄ce v̄
habens fumiulū in manu sua
mensus est mille cubitos. et trā
duxit me per aquam vsqz ad ta
los. et reūsus m̄sus est mille cu
bitos. et trāduxit me vsqz ad ge

nua. tādē mēsus ē mille cubitos
et transduxit me p̄ aqs̄ vsqz ad
renes. **E**t finaliter mensus est a
lios mille cubitos torrētē mag
nū quē nō potui p̄trāsire qm̄ itra
uerūt aq̄ torrentis profundi qui
non potest transnari. **A**que
que exeunt a latere dextro tem
pli idest ab ipso pectore et influ
ētia et inspiracōe cristi significāt
aquas diuinarum scripturarū.
in quibus proculdubio sunt di
uerse partes in profunditate et
difficultate ab inuicem differen
tes. **N**ā s̄m̄ q̄ vir qui portat ca
lamum mensure. i. xpc̄ q̄ s̄m̄ apo
stolū ad rō xij. v̄m̄aiqz distri
buit sicut vult mēsurā fidei homi
nē diuersimode per istū fluiū
scripturarum deducit. et nūc vsqz
ad talos idest parum difficiliter
ad historiā nunc ad genu
a idest magis difficiliter quan
tum ad allegoriā nūc vsqz ad ē
nes idest magis difficiliter quā
tū ad tropologiam nunc autem
summe inexplicabiliter q̄tū ad
moralitatem vel quantum ad a
nagogiam intellectum nostrū
in isto flumine arcumducat. **Q**ui
a reuera q̄muis per multos pas
sus secundum magis vel minus
exponendo vel intelligendo faci
liter transeamus aliquando ta
men istum torrentem ita imper
navigabilem inuenimus q̄ pro
hibito non transeamus ita q̄ pro
defectu ingenij nostri nobis po
test dici illd̄. **J**ob iij. **D**ñe neqz

ai quo haurias hēs: et puteus
altus ē. Et sicut ibidē dicit iste flu-
uius hēbat sup ripas et ex vtra-
q; pte torrens omne lignū fruc-
tiferū. nō defluet foliū ex eo et nō
deficiat frās ei? p singulos mē-
ses affert pmitia sua: et erit fru-
ctus ei? in cibū et folia eius i me-
dicinā. et ois aia viuet ad quā
puerit torrens iste qz aque ei?
de scūario egrediūt. Sic vere
diuina scptura ex vtraq; pte sui
scz qntū ad sensū hālē et spūalē
habz lignū fructiferū id ē vitalē
et fructuosam sciam et doctrinā
q scz fructus sentēciay nō cessat
pducere et folia vboz pferre. q
tū folia seu vba nūq; dtingit ca-
dere vel pire iuxta illd math. v.
Nota vnus nō pibit a lege. Fru-
ctus iste sentēciay valet ad cibū
meritoz habendū: folia vō illi?
scz sacre scripture vba valent ad
medicinā maloz. anime autē. i-
pstone quas torrens scripture ir-
rigat p graciā viuificant: pesca-
tores vō. i. pdicatores et docto-
res stare et sedere i isto fluuio cō-
probant. Iste em sūt aque q de
scūario dñi idest de paradiso p re-
uelationē fluxerūt. et iō non mi-
rū si de iphis tāti fructus. i. tāte
moditates descenderūt. et si p
singlōs mēses. i. cōtinue frās et
vtilitates nobis ipendūt. ps. Et
erit tē lignū qd plantatū ē secus
decursus aquay et. Vel dic q
ligna fructifera figūt viros iust-
os qui ex vtraq; pte flumis. i.

ecclie sunt plantati. et em fluuius
a fluendo dicit p eo q fluctuare
dimoscit. duas etiā hz ptes scilz
statū clericoy et laycoy int quos
cōstat esse multitudinē bonoy li-
gnoy: fructiferū idest hoim vti-
liū et iustoy qui fructū bonorū
operū pferunt et folia sanoz ver-
boz pducūt. p menses singulos
scz cōtinue pmitias deuocōis et re-
uerentie deo reddūt. qz p certo
folia verboz suozū nō defluūt p
mēdaciū vanitatē imo stabiliter
pmanent p veritatis et certitudi-
nis firmitatē. et ido fructus ope-
rū suoz et cibū bonoy exemplo-
rū alijs pferūt: folia vō suoz v-
bozū et medicinā bone doctrine
alijs arcūfundūt. ps. Et foliū
eius nō defluet et. Foliū ei id ē
verbū viti iusti nō dz fluere ym-
mo semp debet p veritatē firmū
esse et sine varietate et mendacio
stabiliter pmanere. Explicit
moralizatio sup ezechiele.

Incipit moralizacō lib danielis
abugodonosoz rē,
babilonis ai sub-
iugasset iherusalē
et i babilonem po-
pulum duxisset vo-
luit q pueri qui fuerant de semi-
ne regio in quib? nulla esset ma-
cula. decori forma. docti sciencia
rescerentur abis mēse sue et eru-
direntur sciencijs et linguis pro-
uincie vt sic fierent digni stare
in conspectu regis. Rex iste ē
dyabolus qui in babiloniam q